



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Consilia || Salomonis, || Sive || Collecta Salomonis || Axiomata**

Maxime Necessaria Homini, ut se ipsum sapienter dirigat ; E Gallico In  
Latinum versa, revisa & amplicata per Auctorem, cum Indicibus  
necessariis

**Cureau De Lachambre, Pierre**

**Coloniæ Agrippinæ, 1694**

4. Si est tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem, sic eum  
tracta. Eccl. 33.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37935**

## REGULA QUARTA.

Sicut tibi servus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrem sic eum tracta. Eccl. 33.

## PARAPHRASIS.

Si habes servum fidelem, accuratum & humilem, sit tibi tam charus quam tua propria vita; Tracta eum ut fratrem, aut tuum amicum. Recordare quod non solummodo nihil rarius sit in orbe, & quod omni pretio dignus sit, sed quod etiam Sapientia aeterna, quae de servitute & libertate hominum disponit ipsum tuis manibus consignaverit tanquam donum sua providentia & amoris.

## REFLEXIO.

Non time familiaritatem servi prudenter, qui cum affectu servit, invigila solummodo, ne assuescat divinare sed interrogare, quae tuæ sint, intentiones & voluntates in qualibet occasione.

Impone ipsi omne pondus tuarum inquietudinum, & œconomiæ. Quod si tamen hoc feliciter peragere voles,

I 7 opor-

206      *Consilia Sapientiae*,  
oportet, ut ipse met laborem sumas pe-  
scrutandi & dignoscendi quæ domini  
peraguntur.

Considera id quod facit, non ut  
riorem reddas ejus fidelitatem, sed  
impedias, ne obliviscatur suæ condi-  
onis, si ipsum hujus suæ conditionis  
commonefacis, absque omni dubio  
ejus obliviscetur, & res cò pervenient  
& in talem statum, ut necesse sit ab  
dependere. Facillime ex bono se-  
malus efficitur Dominus.

Et quamvis deberet prudenter in  
domo mandata tua exequi, & tuā regi  
œconomiam cum bono successu, est  
bi tamen dedecus domi tuæ obedi-  
Amplius non perdes quam tuam auth-  
ritatem. Certè leges & politicam  
intelligis, si vis recompensare longa  
vitia tui Camerarii ipsimet serviendo  
& vicissim eum timendo.

Consigna ipsius manibus tua bonis  
negotia cum sit prudens, sed scias, quae  
non oporteat communicare tam  
tentiam, sicut pater filio vitam largiri  
sed sicut sol communicat lumen, quae

universo largitur orbi , sic retine personam tibi obligatam in una perpetua dependentia.

Servus cui omnia confiduntur , nulla tamen sumitur notitia eorum quæ agit , erit brevi latro , fur , aut Dominus ipsius domus .

## REGULA QUINTA.

*Nel adas servum in veritate operantem , & dancem animam suam.*

*Eccles. 7.*

## PARAPHRASIS.

*Non contrista servum qui ea facit quæ potest , & qui omnes vires & sanitatem impendit , ut tibi serviat.*

*Indignus es vita , si perversa tua phantasie finunt pati eos qui te amant , & qui pro te solo vivunt.*

## REFLEXIO.

**T**am benè operare , ut sit contentus , qui ingreditur domum tuam ad tibi serviendum , ut sit fidelis & felix , qui ibi moratur , & ut sit dives , si est possibile , dum domo tua egreditur .

*Inde*